

pronunciato iam inueni angulum, quem iuxta predictum gradum ecliptica cum meridia
 no efficit, is autem est 75. gra. 52. mi. Angulum deinceps comunem sic quero, sinum eleuatio
 nis poli 48. gra. scilicet 74314. quia minor est, duco in totum, productum diuido in sinum com
 plementi declinationis 5. gra. 25. mi. Quod qui est 94570. in quotiente inueni 78581. arcus
 eius est 51. gra. 48. mi. angulus ille comunis, per quem inuenire possum angulum orientale
 & occidentalem. Atque quod sit ex signis descendantibus, angulum hunc comunem subtra
 ho ab angulo meridiani & eclipticae, scilicet 75. gra. 52. mi. & remanent 24. gra. 4. mi. an
 gulus scilicet eclipticae & horizontis occidentalis. Vis adhuc aliud exemplum, idem defum
 ptum ex medietate signorum ascendentium. Ecce propono mihi 2. gra. 26. mi. II, ubi ☉ fuit ipso
 die in trionizationis, iam autem inquirere cupio quantitate anguli, quem facit ecliptica iuxta
 gradum illum cum horizonte occidentali, per 26. pronunc. inueni angulum eius cum meridi
 ano, qui erat 78. gra. 37. mi. Nunc ergo tamen quero angulum comunem, & hic quidem adsumo
 sinum altitudinis poli 48. gra. scilicet 74114. & sinum complementi declinationis gradus
 solis, scilicet 93544. sinum altitudinis poli duco in sinum totum, & productum diuido in sinum
 alterum, tunc quotiens producet 79442. arcus eius est 52. gr. 36. min. & is sane angulus
 est comunis, quem si addam ad angulum meridiani & eclipticae, inueniam tunc 13. grad.
 13. min. qui angulus est septentrionalis eclipticae & horizontis occidui, gradibus illis
 semicirculo subtractis, remanent 48. gra. 47. min. angulus nimirum eclipticae & horizontis
 occidui meridionalis, quem adeo anxie perquisuimus.

PRONUNCIATVM XXXIII.

**Altitudinem Solis super horizontem quotidie & in singulas horas toto ter
 rarum orbe ex solerti quadam supputatione colligere.**

Hic principio praescire operae precium est ipsam solis declinationem, eam subtrahere a 90. re
 sidui quare sinum rectum, deinde etiam sinum rectum differentiae ascensionalis ex pronuncia
 to 15. habito sinu differentiae, colloca eum in regulam philosophorum, siue, ut alij loquuntur, de
 tri, in hunc modum, ultimo loco, primo autem sinum totum, & in medio sinum complementi declina
 tionis, si ergo secundum operationem regulae quotientem addas ad sinum complementi declina
 tionis, habebis tunc sinum huius operationis. Mox propone etiam horam uel ante uel pomeridianam
 ad quamcumque cupis scire solis altitudinem, horam illam aut horas (si modo plures fuerint) redige
 in gradus, quos semper 15. pro hora conumeres, gradus eos horae subduc a 90. gr. & residui
 sinum quare rectum, ipsumque subtrahere a sinu toto, residuum uocabitur sinus uersus horam, cum
 sinum uersum compone in regulam proportionum tertio loco, primo autem sinum totum, & in medio
 sinum complementi declinationis solis, operatione illa ad praescriptum regulae perfectae subtra
 he quotientem a sinu huius operationis toto, & residuum rursus compone in postrema regulae,
 primo autem sinum totum, & in medio sinum complementi altitudinis poli, quicquid ex hac ope
 ratione prouenerit, sinus est altitudinis solis ad horam propositam. Vnum hoc admonendum
 est mihi, quod operatio talis, sicut a nobis descripta hactenus est, ueritatem quidem obtinet, sed so
 le existente in signis septentrionalibus, qui si forsitan in meridionalibus fuerit, tunc subtra
 hendus a sinu complementi declinationis, est sinus differentiae ascensionalis, conuersus iam per
 regulam proportionum, & sic reliquus tibi manebit sinus perfectus huius operationis, quam ut intel
 ligas commodius, in exemplum tibi proponimus huiusmodi. Cupio forte scire altitudinem ☉ ad
 ipsam horam in trionizationis, quo fuit ☉, sicuti saepe diximus, in 2. gra. 26. mi. II, declina
 tionem eius inueni pronunciato quinto, 20. gra. 18. mi. quibus subtractis a 90. remanent 69.
 gra. 18. mi. sinus illius 93544. est, qui numerus in hac supputatione, quia frequentissime usur
 patur, ideo etiam credit esse omnium perfectissimus. Deinde per 15. pronunciatum ad inueni differ
 entiam ascensionalem 24. gra. 49. mi. sinum quoque eius 41971. conuerto, ita, ut uterque fiat aequa
 lis sinui complementi declinationis, quia locum gerunt totius cuiusdam sinus. Pono ergo
 100000. in primum locum, deinde sinum complementi declinationis ☉, scilicet 93544. postre
 mo sinum huius differentiae 41971. hinc operor multiplicando & diuidendo iuxta regulam
 proportionum, & inuenio in quotiente 39261. ea addo (quandoquidem signum ☉ est in medietate
 te septentrionali) ad sinum complementi declinationis ☉, & pueniet talis summa 132805. si
 nus scilicet perfectus huius operationis. Adhuc deinceps ex 3. horis feci gradus 45. eas subtra
 bo